skoruta et eius successores bona praefata a nitrone accepta
ad faestum nativitatis dominicae proxime venturum et in
defectu protunc exemptionis extunc ad aliud simile festum
sic de anno in annum annis se sequentibus cum omni iure dominio
proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis
fructibus censibus proventibus utilitatibusque universis nil
penitus pro se et suis successoribus reservando et excipiendo
tenendo habendo possidendo usque ad exemptionem et summae prae-
fatae persolutionem. Tenebiturque praefatus Georgius skoruta
cum suis successoribus quos servi super omnibus bonis suis obli-
gat et inscribit, eundem Ludovicum skoruta et eius successores
in bonis praefatis et omnibus eorundem ab omnibus impedimentis
iuridicis quarumlibet personarum status sexus et conditio-
nis cuiusmodi existentibus, nec non ab inscriptionibus quioribus et
posterioribus tantum quantum opus fuerit tueri defendere vin-
cere et liberare bonaque praefata munda et libera facere
sub vadio similis summae quadringentorum et quinqua-
ginta florenorum pecuniae. Nihilominus praefatus Georgius sko-
ruta se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et
inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria prae-
misliensia ante decursum unius anni transferre transportare
similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere
sub simili vadio quadringentorum et quinquaginta florenorum
pecuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis si se ipse rere-
cognoscens cum suis posteris, eidem Ludovico skoruta vel
eius successoribus ad officium praesentis castrensis praemisliensis cita-
re permiserit, extunc a iure foro suis proprius quibus-
nis recedendo, coram eodem officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro prae-
fato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controver-
siis, praescriptionibus, suspensionibus, vera vel simplici
infirmitatibus, actione pro maiore, motionibus, appellationibus
earumque prosequutionibus, ad quietationem dilationem non pe-
tendo, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis om-
nibus generaliter dillationibus iurisque remediis semotis et in
partem reiectis satisfacere cum suis posteris tantum quantum
opus fuerit tenebitur, nulla praescriptione terrestri in prae-
missis obstante.

Biereczka quietat skoruta

Coram officio et actis praesentis castrensis praemisliensis per-
sonaliter stantibus Generosa Anna filia Generosi Georgii
skoruta, de Mlodatice consors Generosi Andreae Biereczki
cum eiusdem mariti sui penes ipsam personaliter stantem consen-
su mente et corpore sana existens, a terris dictis iuribusque
suis quibusvis proprius ac foro competenti recedendo, praesenti vero
castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia
quo ad infrascriptam incorporandam publice perexpressisque recognovit

Quia ipsa quantum pro sorte et interesse ipsius pertinet a
inscriptione certa in actis terrestribus praemisliensibus seu aliisque
bus unique per eundem Georgium skoruta patrem et Generosam
Elizabeth de Orzechowcze matrem coniuges tam coniunctim sive
per quemlibet ex eis seorsum super summas quascumque rati-
one dotis seu alio quorumque modo in bonis suis quibusvis facta
et inscripta, sibique modo quovis servientibus recedit, easque inscriptiones
cassat mortificat et annihilat perpetue.

Orzechowski obligat Gloskowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis castrensis
praemisliensis Generosus Joannes Orzechowski olim Generosi Jo-
annis Orzechowski pocillatoris terrae praemisliensis filius, a terris
palatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis proprius
ac foro competenti recedendo sive vero praesenti castrensi praemisliensi
iurisdictioni se successores cum bonis suis omnibus in toto quo infra-
scripta tantum attinet incorporandi et inviscerandi mente et cor-
pore sanus existens suo et Generosi Pauli Orzechowski fratris
sui germani nominibus pro illius rati habitione cavendo et in
omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et im-
mobilibus inscribendo publice perexpressumque recognovit. Quia bo-
na sua haereditaria et praefati Pauli fratris sui germani videlicet
totam et integram sortem villae Orzechowa cum omni iure do-
minio proprietate, et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis
pertinentiis fructibus censibus proventibus laboribus sub-
ditis cmetonibus emolumentis generaliter cum omnibus et singulis
utilitatibus modo quorumque ex eisdem bonis provenientibus sic
videlicet prout bona eadem se in suis metis et limitibus exten-
dunt et ab aliis eiusdem adiacentibus sunt ab antiquo distin-
cta et destincta, ita prout solus ea ex antecessoribus suis
tenuit habuit et possidebat et utifruebatur, nil sibi
successoribusque suis in eisdem bonis iuris dominium proprieta-
tis ac quorumvis usufructuum et utilitatum reservando et
excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comp-
rehensis ab actu praesenti ad decursum duorum annorum no-
bili Valentino Gloskowski et eius legitimis successoribus in
summa septingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri
polonicalis invadiat et modo obligatorio inscribit. Et in def-
fectu protunc exemptionis de anno ad annum annis se continue
et immediate sequentibus usque ad exemptionem et summae prae-
fatae septingentorum florenorum pecuniae communis omnimoda coniun-
ctim persolutionem. Tam et admittendo eidem iam exnunc coram
officio praesenti in bona praefata obligata realem in terram
cum actuali et pacifica possessione, et tunc dum ad eandem
acceptandam per ministerialem cum nobilibus quemcumque
et quoscumque habere poterit, venerit daturum se et
admissurum in et super omnibus bonis suis nunc habitis et in post
habendis inscribit et obligat sub vadio similis summae septin-
gentorum florenorum pecuniae communis, per ipsum Gloskowski et
illius successores bona praefata obligata tenendo habendo pos-